

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Nicolaus Qvistorpius, Th. D. Et P. Ordinarius ... Acerbum Maxime Funus Viri ... Dn. Christophori Redekeri, ICTi, & olim Antecessoris Academiae ... abs Moestissima Vidua Foemina ... Catharina Sophia Gerdes Ad Horam 1. Diei XXIII. Mensis Currentis Januarii Solemnissime ac Decentissime paratum indicit, atqve Ad Exeqvias Benevole Freqventandas Proceres et Cives Academicos ... Publico Hoc Programmate ... Invitat**


[Rostock]: Wepling, [1704]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770282938>


Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J. N.  
in  
C. Redeker.  
Rostock, 1704.







22

# RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOGHIENSIS

## JOHANNES NICOLAUS QVISTORPIUS,

TH. D. ET P. ORDINARIUS, AD DIV. NICOL. PAST.  
AC R. MINISTERII PATR. SUPERINTENDENS

### ACERBUM MAXIME FUNUS

*VIRI PRÆNOBILISSIMI, AMPLISSIMI,  
CONSULTISSIMI, PRUDENTISSIMI QVE*

## DN. CHRISTOPHO- RI REDEKERI,

### JOHANNIS ANTECESSORIS ACA-

CONSISTORII DUCALIS ASSESSORIS,  
REPUBLICÆ ROSTOGHIENSIS CONSULIS  
PRIMI, DEXTERRIMIQUE



*abs*  
MOESTISSIMA VIDUA FOEMINA  
NOBILISSIMA & VIRTUOSISSIMA

## CATHARINA SO- PHIA GERDES

AD HORAM I. DIEI XXIII. MENSIS CURRENTIS  
JANUARIII SOLEMNISSIME ac DECENTISSIME PARATUM  
INDICIT, atqve

AD EXEQVIAS BENEVOLE FREQUENTANDAS  
*PROGERES ET CIVES ACADEMICOS*

*SUIS QVOS QVE TITULIS CONSPICUOS*  
PUBLICO HOC, PROGRAMMATE

QVA FAS EST HUMANITATE, ac STUDIO VOCAT, & INVITAT.

Literis Joh. Weppelingii, SER. PRINC, & Acad, Typogr,



Rbata est superiori die MAURI  
seu XV. currentis mensis Janua-  
rii Civitas hæc nostra Confule  
suo primario, Viro prænobilis-  
simo, Consultissimo, ac Pruden-  
tissimo Domino CHRISTO-  
PHORO REDEKERO, Jcto  
Excellentissimo. O Fatum  
acerbum! Abi in lachrymas Rostochium, REDEKE-  
RUM amisisti, REDEKERUM dum dico, Virum te  
amisisse, affirmo, prudentiâ singulari, judicio acri, elo-  
quentiâ gratissima insignem, Cui bonum publicum pro-  
movere, Cui Rempublicam tranquillam servare, &  
felicem præstare, studium unicum, Cui Ministrorum  
Ecclesiæ, pauperum, Viduarum, Orphanorum audi-  
re querelas, earumque afflictis causis, consulere  
volupe. Cum SCIPIONIS funus inaudiisset MACE-  
DONICUS, quanquam à Viro opinionibus, & animo  
dissenferat; tamen eo nuncio perterritus in publicum  
progressus clamavit; Cives concurrite; concurrite! Mania  
vestræ urbis collapsa sunt. Quid queramur, aut quid  
taceamus? propemodum ignoramus. Est quidem exi-  
gua hæc nostra Respublica angustis terminis circum-  
scripta

scripta, angustiis autem maximis coarctata, majoribus  
certè, quàm quis cogitare possit. Eam igitur suo Con-  
sule primo, tam sincero, tam candido, tam cordato  
Viro privatam esse intempestivâ hacce tempestate, me-  
rito dolemus, meritò Jure exclamamus. Mœnia ve-  
stræ Reipublicæ concussa sunt, & Vobis, & Civitati ve-  
stræ fulcrum subtractum est validissimum. O vehe-  
mentem Dei in nos indignationem! Menses nondum  
duo sunt, quando Respublica Civica Senatorem pruden-  
tem, & ingeniosissimum suum KILIANUM amisit, quan-  
do decore suo, externo turri illa elegantissimâ, illa proce-  
râ tempestat: ingenti cum vehementi turbine privata est.  
Nunc & Consule suo dexterrimo privatur. Peccavimus O  
DEUS, peccavimus, hæc, & his majores peccatis nostris  
pœnas nobis attraximus. Ac TU, quæ tua est Cle-  
mentia pœnis modum benignè statue. Ni peccare  
destiterimus, metueudum est, fore, ut quibus adhuc  
Civitas innititur fulcris reliquis subtractis, res collaba-  
tur publica. Hunc Prænobilissimum, Consultissimum  
& Prudentissimum quem nunc lugemus Consularem  
Virum WESTPHALIA magnorum virorum Parens  
dedit: Illa ipsi natale solum, & in ea urbs *Osnabruga*.  
Civitas ob pacem inter Imperatorem O. M. FERDI-  
NANDUM III. & REGNUM SUECIÆ ibidem sanc-  
tiam omni hodie ætate illustris. Hic ipse B. N. die 10.  
Novembr. ipso etiam Beatisf. Luthero olim natali An.  
1652. Spectatissimis Parentibus, Patre B. GERHARDO  
REDEKERO & Matre Fœminâ ornatissima ANNA  
v. ANCKUM ex Familia prudentissimi Senatoris Os-  
nabrugensis JOHANN. v. ANCKUM prognata, natus  
est. Avus Paternus Ei fuit Vir integerrimus CHRI-  
STOPHORUS REDEKER, Civis Osnabrugensis ho-  
nestissimus

A 2

nestissimus

nestissimus. Avia Paterna Matrôna honestissima CA-  
THARINA LANDWEHRS. Avum maternum  
laudavit jam supra nominatum spectatiss. Dn. JOH. v.  
ANCKUM, Senatoriâ dignitate conspicuum. Aviam  
maternam Generosiss. Fœminam ANNAM v. WAR-  
NEFELD, ex nobili stirpe de WARNEFELDTEN,  
prognatam. Nec degenerem natum, genere Paren-  
tes, sed in generis sui decorem, & ornamentum produ-  
xere. Quod cum juvenis admodum, quæ erat inge-  
nii sui insignioris indoles maturè ostenderet; nec suo  
desuere Parentes officio, qui & ipsi indolem nobilio-  
rem domi pietatis exercitiis expolire cœperunt, & aliis  
ingeniorum formatoribus industriis perficiendum  
commiserunt. Cum autem Patruus piè Defuncti Vir  
quondam Illustris, Excell. DN. HENRIC. RUDOL-  
PHUS REDEKERUS Jctus Excellentiss. & Ante-  
cessor hujus Academiæ Celeberrimus, Consiliarius,  
Ducis Mecklenburgensis CHRISTIANI LUDOVICI  
O. M. Principis quondam N. longè Clementissimi &c.  
Intimus, Vir de nostra Academiâ, imo totâ provincia  
optime meritis Eundem ad se vocaret; Anno 1661. æta-  
tis anno X. ad ROSETUM N. parati Parentes ablega-  
runt, qui & receptus non tantum Filii loco in ædi-  
bus Exeellentissimi Patruis; sed & Scholæ hic Oppidanæ  
Collegis apprimè industriis Clariss. t. t. BLASIO GRA-  
BIO Rectori, & M. GEORG. NHENKIO, eo tempo-  
re Conrectori, hodie autem Pastori Mariano gravissimo,  
Collegæ ac Affini N. Colendo, nec non M. JOACHI-  
MO ROPERTO, Sub-Rectori jam & Beato traditus, ac  
satis liberaliter (ut ipse B. Vir in suis Bibliis in perpetuam  
rei memoriâ manu propria notavit) educatus est. Opti-  
mis sic disciplinarum rudimentis, eleganter instructus  
Anno

Anno 1668. ad *Gymnasium Sednense*, jussu & ex consiliis optimi sui Patris migravit, ut Celeberrimi, & insignis illius juventutis masculæ, Formatoris Max. Reverend. & Excellentiss. Domini *viv ex regis* GOTHOFREDI AMMONII, olim & nostri in primâ juventute Præceptoris fidelissimi, qui ibidem ex illustri schola Gustavoviensi ad citatam Civitatem Regiam vocatus, Gymnasio Celeberrimo præerat, operâ, & moribus nitidior, & eruditione insignior redderetur. Quo & Rectore suo ac præside in solempni Disputatione, quæ *Ethica principia* exhibuitante abito Anno 1670. Respondendo dignum se præbuit, ac probavit, qui Academias scholas illas verè Regias cum fructu adire posset. Lustrò Sedini sic consumto, optimus patruus Patris curam habens ad nostram Academiam *Manuelis* N. vocavit, ut suo sub ductu eleganter ccepta ejus studia perficeret. Anno 1674. cum Excellentissimo Patruo suo *à Rege Danorum & Norvegorum* Potentissimo (cujus *Regia Majestatis* laudatus Vir per aliquot annos in consiliis fuit) sub delegato Commissario Cæsareo in causâ Serenissimi Principis, & Ordinum Provincialium Frisæ Orientalis Secretarii loco Frisios Orientales vidit, & Anno 75. similem Secretarii spartam Dexterrimus Patruus Eitem demandavit, cum Celeberrimus ille Jctus ac Consiliarius Ducalis tanquam Legatus Serenissimi quondam Ducis nostri DN. DN. CHRISTIANI LUDOVICI, Cancellarii Academiae N. Magnificentissimi, Clementissimiq; ad Circularia Saxoniae inferioris Comitum Luneburgum convocata abiret. Quâ Secretarii sparta cum utroq; locorum summa cum laude defunctus esset, eodem Anno 1675. Mens. Decembr. à Viro Nobilissimo JANO LASSONIO, in FIONIÆ Daniæ Insulae judice Provinciali

Conspicuo ad Ephoriam Filii sui Primogeniti CHRISTIANI vocatus est. Quam benè vero & hanc Ephoriam spartam ornaverit, vel inde patescit, quod Informati juvenis Parens, Eundem in Germaniam à Provido optimo Patruo ad aliam t. t. Generosi Juvenis JOHANNIS DIDERICI de MOLTZAHN, Illustris DN. WOLRADI LEVINI de MOLZAN, Consiliarii Provincialis eminentissimi Filii æmuli hodie Provinciae MARESCALLI Illustris Ephoriam, revocatum dimittere noluerit; nisi & Filii CHRISTIANI LASSONII secum ad Academiam, & exteros duce dī inspectionem continuaret. Proin DANIA prius & SCANIA perlustratis Rostochium Anno 1677. Mens. Majo cum LASSONIO suo rediit, isthoc & omnium maximè fini, ut sacræ THEMIDOS Præceptis felicissimè imbueretur; pro quo instituto exeqvendo B. Patrono suo Excellentissimo REDEKERO consummatæ doctrinæ, æternæq; famæ in Academia nostrâ totoque orbe JURE CONSULTO, & B. CASPAR. HABERMANNO, Philosoph. & J. U. D. hujus Profess. olim public, incomparabilibus usus est Præceptoribus, sub quibus Auctoribus summo & indefesso studio Juris Civilis notitiam, non contemptis iis, quæ corpus vel muniunt, vel ornant exercitiis, sibi acqvilivit per D. G. consummatam. Sed nec in uno animus discendi cupidus continetur, & in cluditur loco. Rostochio proinde nostro Anno 1678. cum LASSONIO suo discedens alias visitaturus provincinias, & Celeberrimas Civitates, *Noviomagum*, tunc Cælaris, Regum, Electorum, Ducumq; Armipotentum; illustrissimis & Excellentissimis Legatis, & Oratoribus de pace tractantibus Celeberrimam adiit, inde vero Lugdunum Batavorum cum Comite suo pergens sedulo Jctum Excell. Bœkelmannum, & Matthæum publicè privatimq; studio-

studioſſimè audivit. Ingruente a. Autumno Illuſtiores  
Hollandiæ pariter ac Brabantia, itemq; Flandriæ Civitates  
viſurus, Amſtelodamum, Harlemum, Hagamq; Comitum  
ivit, quibus una cum Delpho, & Roterodamo item Ant-  
werpia. & Bruxellâ, nec non Gandavo, Bruga, & Oſtendâ  
perluſtratis, d. 29. Octobr. Neoporto Flandriæ per mare  
in Britanniam descendens Doaveram intravit. Inde per  
Cantebarium, Rorcheſter, & Graveſand, Londinum Πολυαιτω-  
νομῶν venit, & dehinc cum novo ſtatim Anno ſc. 1680.  
Academias, OXONIUM & CAMBRIGAM inviſit, ritus  
ac mores populorum cognovit, inſtituta & Bibliothecas  
obſervavit, & inſpexit. Ex Anglia ſeq: April. menſe in  
Galliam trajiciens Lutetiæ Pariſiorum tum addiſcendæ  
linguæ, tum & cognoscendi ſtatus publici cauſa per an-  
num ſubſtitit. Anno autem ſeqvente 81. Aureliam quoque  
cum cæteris tam Chartrice tum Picardie Civitatibus con-  
ſpexit. Fruſtuofâ hâc peregrinatione inflammatus  
quaſi, in ITALIAM quoque eodem anno meditabatur  
iter, ut quicquid erat undiqve ſcientiarum conquiret.  
Sed triſte ſatis nuncium de inopinatâ excellentiſſ. Pa-  
trui, vere Patris & poſt DEUM ſummi Patroni morte  
ceteroquin Beatiffimâ, & adverſa Parentis LASSONII  
fortunâ domum ſimul peregrinantes retraxit. Reductum  
igitur ex Galliâ Comitem conceditum Anno 1682. Menſ.  
Majo, Parentibus reddidit, ipſe v. Roſtochium noſtrum,  
rediit. Reducem factum ſerenâ fronte excepit jam B.  
Patruſi unicus hæres Vir hodie Prænobiliff. ac Conſultiff.  
DN. HENRICUS RUDOLPHUS REDEKERUS,  
SERENISS. Ducis Mecklenburgenſ. Regentiſ Conſilia-  
rius Auſicus &c. Fautor ac Affinis N. conjunctiſſimus,  
qui Orbati & maxime pio Parente, & benigniſſimo Patruo,  
Faterna animarū conſpiratione, mitigaverunt vulnus ſibi  
per

per mortem tam Optimi Patris inflictum. Mox autem  
Managers de honoribus & privilegiis in jure ambi-  
dis Consilio Patronorum, & optime Faventium cogita-  
vit, quorum etiam nutu Gryphicum vicinum adiit Athe-  
næum ac se Nobiliss. Amplissimæq; Facultatis Juridicæ  
ibidem examini stitit, suamqve eruditionis haud vul-  
geris copiam in utroqve Jure tam in tentamine, quam  
etiam examine rigoroso, & cursoris sic dictis lectionibus  
ostendit, ut communi omnium voto promptissimè ad  
Disputationem Inauguralem solemniter habendam fuerit  
admissus, quam etiam, sistens explicationem, & conci-  
liationem l. 4. Codic. cum 31. ff. de legibus, dis-  
quirens: *An Principe legibus sit allegatus* Anno 1682.  
die 29. Novembr. Præside jam & B. FRIDERICO  
GERDESIO, Facult. Juridicæ t. t. Seniore, ac Decano  
simulqve dictæ Universitatis Rectore, ac Consistorii  
Regii Assessore, tanto cum omnium Bonorum applausu  
& congratulatione habuit, ac defendit, ut non tantum  
finito dictæ solemnis Disputationis conflictu J. U. Licent:  
renunciaretur; Sed subsequ: mox 30. dicti mensis die  
jam laudato Brabeuteâ, in solemni promotionis actu Dia-  
demate Doctorali condignè redimeretur. Tot ac tan-  
tæ Virtutes Serenissimum ac Celsissimum O. M. Prin-  
cipem Dominum ac Dom: GUSTAVUM ADOLPHUM  
Ducem Mecklenburgensem &c. Patronum Academiae  
nostræ Magnificentissimum moverunt, ut ipsi *Professio-  
nem Codicis*, & Assessuram Eminentiss. Consistorii Ducalis  
in locum B. DN. ALBERTI WILLEBRANDI Se-  
nioris, Clementissimè obtulerit, & ad eam Beatum N. vo-  
caverit. Quod illustre officium prævia inaugurali Ora-  
tione Anno 1683. d. 29. Martii solemniter à Magnifico t. t.  
Rectore JACOBO LEMBKENIO Introductus, pro-  
pitio

pitio Numine suscepit, & vestigium ex templo in Cathedralam figere cœpit, docendiqve labores cum magnâ animi sui voluptate & alacritate subiit non modo; sed & adeo diligenter ac probè sustinuit, ut merito suo ab omnibus æquis studiorum æstimatoribus maximam inde laudem reportarit. Scripta ejus, Disputationesq; publicas notatas legere licet in optimo Venerandi Academiae N. Senioris Excellentiss. DN. HABICHHORSTII non sat commendando *Rostochio Literato* p. 203, ad quod B. L. meritò remittimus. RECTORALE Magnific. munus in hac Academia, si rectè calculum ponimus, bis immortalis suâ cum laude obiit, nihilq; eorum, quæ ullo pacto, vel ad promovendam salutem publicam, & conservanda privilegia Academica facere videbantur unquam, prætermisit. Substitit hactenus in Academicis circulis B. N. inque illis celebritate nominis haud vulgari auctus persistere in Professorali muneris negotiis, in Consistorialibus & Exercitatissimus, decreverat. At enim verò aliter quàm ex opinione nostra res moderatur Summum Numen, quo disponente Civitas inclita N. Rostochiensis uno ore, unoque affectu Eum expetiit rebus Præfidem. Electus itaque, Patrum conscriptorum conspirantibus suffragiis, & primùm quidem, morte dieque consueto Mathiæ seu 24. Februarii Anno 1693. renunciatus est Senator; dein vero & sequente mox Martii die 7. Consul constitutus est. Ex quo tempore, quàm laudabiliter præterit, quàm in consiliis oportunis capiendis prudentiam, in dandis fidem, in exsequendis promptitudinem demonstraverit & constantiam, quàm humanitate, & comitate, ad devincendas hominum voluntates natura genitus erat velut industria tactus, omnium favorem sibi conciliare studuerit, res

B

ipsa

ipsa satis superque testata est, neque livor ipse id facile  
diffiteri poterit. Paucis multa complectar. Iis B. N.  
virtutibus præpolluit. eo in hanc Rempubl affectu fuit,  
ejus salutis sollicitudine adeo advigilavit, ut cum *M. Tullio Cicerone*,  
**PATRIS PATRIÆ**, cum *Aristide* **JUSTI**, cum  
**L. CALPHURNIO**, **PISONE**, **FRUGI** Cognomine,  
jure suo mereatur. Majoribusque sine omni dubio me-  
ritis inclaruisset, si longius producere Ei vitam datum  
esset. Cum Cœlibem vitam agere, haud conveniens  
sibi duceret, connubialia sacra meditatus est, amores-  
que ambiit Virginis tunc Nobilissimæ rarisque virtutum  
ornamentis fulgidissimæ **SOPHIÆ AGNESIÆ** natæ  
**SCHUTZIÆ**, Jcti Celeberrimi atque Excellentissimi  
Domini **JOHANNIS ALBRECHT SCHUTZEN**,  
olim *SERENISSIMI CÆLSSISSIMI QUE O. M. PRINCIPIS*  
*ac Domini Dn. GUSTAVI ADOLPHI*, & hodie itidem  
*SERENISSIMI ac POTENTISSIMI PRINCIPIS REGENTIS*  
**FRIDERICI WILHELMI DUCUM** Mecklenburgi-  
corum &c. &c. Dominorum nostrorum & Patronorum  
longe Clementissimorum Consilarii Aulæ & Camerae  
splendidissimi, Fautoris N. Certissimi, Aestimatisimique  
(quem ut D. T. O. M. sospitem adhuc diu servare velit  
animitus vovemus!) & Nobilissimæ quoque, & omni  
laude eminentissimæ Fæminæ **AGNETÆ RHU-**  
**LEN** jam in Domino defunctæ, dilectissimæ Fi-  
liæ, successit ex voto negotium, ut anno 1683.  
d. 13. Sept. Gustavo nuptiali fœdere eam si-  
bi sociaret. Licet hi conjugēs ovīs ad instar  
oleoque quod agunt, tranquilliores vixerint,  
illorum tamen jugalis lectus & improlis & bre-  
vissimū temporis extitit, quippe quod d. 9. Febr.  
sub

subſequentis anni 84. beatiffimâ quidem, aſt eheu !  
præmatura morte & non ſine maxima B. N. affli-  
ctione, Elegantiffima SCHUTZIA diſceſſerit. Luctu  
decenter peracto ut ad ſecunda vota tranſeat viduus SVA-  
fores tuerunt ipſi Optimi *Soceri*, & ipſe è re ſuâ eſſe duxit.  
Proinde & ſeqv. anno 1685. d. 25. Maji novem tori Con-  
fortem, Nobiliſſimam, virtutumqve omnium decore  
in exemplum ſpectatiſſimam Fœminam, CATHARI-  
NAM SOPHIAM GERDES, B. Viri Conſultiffimi  
JOHANNIS GERDESII, J. U. D. & Civitatis Ducal.  
Güſtroviſis Conſulis Senioris, & DICASTERII ME-  
CKLENBURG. Aſſeſſor, extraord. uti & B. HELENÆ  
WARNCKENTIENS filiam, B. JACOBI WARN-  
CKENTINI Senatoris ejusdem Civitatis Optime me-  
riti & HELENÆ ab ALDENSTEDTEN, ex familia  
nobilium eqvitem Brunſvvicenſium de Altdenſtedt  
oriundam neptem, & B. Dn. MARTINI CHRISTO-  
PHORI GERDESI, J. U. D. & Conſulis Güſtrovien-  
ſis ac Dicceſterii jam dicti Aſſeſſoris extraordin. ſororem  
tunc viduam, & antehac Nobiliſſimi & Conſultiffimi  
Dn. JACOBI DORKES, J. U. D. & Advocati apud Gü-  
ſtroviſis ſolertiſſimi ann. 1680. piè functi Conjugem,  
compatrinam N. æſtimatiſſimam, ſibi adſcivit, quæ  
ipſum Filio unico ann. 1686. die 16. Februarii paterna-  
rum virtutum Herede JOHANNE HENRICO J. U. Stu-  
dioſo Florentiſſimo, Parentem fecit. Qvem Patre orbem  
providiſſimo, ſummoq; omnium, qui Filii vocantur  
Patri in cœlis, ardentiffimis commendamus precibus?  
Hujus ne explicem conjugii delicias, chartæ anguſtia  
me prohibet, id autem ſilentio præterire non poſſum,  
quod cum POMPONIO *Μαναρίτης* ſibi gloriari licuerit,  
quod nunquam cum uxore in gratiam redierit, utpote

B a

â quâ

â quâ nunquam secessionem fecerat. Cum verò nullâ  
laus alia cum vera pietate, & Religionis studio com-  
paranda sit, tantæ sanè in B. N. hæc, ipsæ quoque fue-  
runt, ut vix majora in ullo alio esse potuerint, Deum  
sincero pectore coluit, nullum à sacris meditationibus di-  
reliquum fecit, Conscientiæ rationem curatissimè habuit,  
labem peccati vel nativam vel contractam, piâ confessi-  
one, comitante semper alto pectore conceptâ de ad-  
missis peccatis tristitia, eluere studuit; sicque vita Deo  
placente, ad mortem etiam, quam frequentissimè me-  
ditabatur nusquam non paratus exstitit; cujus causam &  
occasionem non nostris sed ipsius Experientissimi Me-  
dici Viri Nobilissimi, atque Excellentissimi Dni. D.  
BERNHARDI BARNSTORFFI, Collegii Medici  
Seniõris, Dni. Collegæ, Compatriis & cognati honora-  
tissimi, describemus, quæ ita se habent: *Depravata*  
*& Cachectica corporis constitutio, quæ per inte-*  
*grum ferme annum, pie Defuncto nostro, Viro*  
*Ampliss. & Consultiss. Dni. CHRISTOPHORO RE-*  
*DERERO, J. U. D. & Consuli huius Urbis gravissi-*  
*mo, Fautori & Amico nostro desideratissimo,*  
*varias excitavit molestias, à nimio humorum, quie-*  
*bus origenem debet, acrum, Jerosorum & visci-*  
*dorum abundantia, indies in tantum fuit aucta, ut*  
*nulla propemodum pars exstiterit, quæ non ex in-*  
*de detrimentum senserit insignè. Pedes enim non*  
*tantum intumuerunt, verum etiam hydatides seu*  
*vesiculas, cum pruritu notabili prorumpentes, &*  
*lympha quadam pellucida repletas monstrarunt; &*  
*præterea*

præterea quoque ex glandulis suis subcutaneis impetu-  
 ose stillarunt liquorem, qui tanta polluit aërmo-  
 nia, ut, quascunque modo attigit partes, statim  
 cuticula privaverit, ipsamque catem subjectam mo-  
 dis variis vulneraverit, doloreque non minimo affe-  
 cerit. Hic liquor acris, quo magis ab initio, Chi-  
 rurgicâ ope, & applicatione remediorum quorun-  
 dam externorum, nimium exsiccantium scilicet & con-  
 solidantium, in effluxu suo fuit impeditus, eo ma-  
 jori impetu, ad intima fuit repulsus viscera, quo-  
 rum texturam, ad separandos liquores ordinarios,  
 plane inidoneam reddidit: Unde postmodum non  
 nisi vitiosus, acris, viscidus, Spiritibus destitutus,  
 & ad nutriendum plane ineptus potuit segregari san-  
 guis, qui periculosus illis, successu temporis quæ se-  
 quebantur, symptomatibus, causam præbuit præ-  
 cipuam. Acredini enim & Visciditati in san-  
 guine latitanti, nec per viscerum colatoria satis sepa-  
 rati, unice tribuendum venit, quod Beatus N. in ore  
 & faucibus, incredibilem perceperit ariditatem cum  
 ardore conjunctam: In pectore tussim, angustias, &  
 respicandi difficultates: in infimo ventre & femori-  
 bus insignem intumesceniam aquosam, imprimentis  
 vestigia firmiter retinentem, apertissimaque Hydro-  
 pis indicia manifestantem: quodque præterea, pulsus  
 subinde habuerit febrilem & frequentiore, uris  
 nam aamodum paucam, crassam tamen, turbidam

Substrabram reddideret; & de inappetentia ciborum, siti inexstingvibili, vigiliis continuis, totiusq; corporis lassitudine & languore fuerit conquestus. Quamvis verò ad Cachecticum hocce malum curandum & radicitus extirpandum, consilia & auxilia, non saltem nostra, & Excell. Dn. D. Schaperi Collega honoratissimi, verum etiam Exterorum celeberrimorum Medicorum fuerint implorata; jisdem tamen omnibus nil quicquam, vel admodum parum laudabile fuit effectum; Præsidia namq; cuncta, larga manu præscripta & adhibita, tanta non exstiterunt efficacia, ut constans, rebelli morbo, obsequium imperare, aut D. à morte, saltem à paroxysmo febrili, aliquoties sub finem morbi, cum intensissimo frigore, animi deliquis, ab levioribus quibusdam motibus convulsivis adventanti, liberare valuerint: Quapropter viribus tandem exhaustus, die 15 hujus Mensis, circa sextam matutinam, placidissimè è vivorum numero excessit, mundanasque molestias, beatitudine commutavit sempiternâ. Verè mundanas molestias beatitudine commutavit sempiternâ, ad quam beatitudinem obtinendam, ut paratus esset, die IV. Currentis Mensis. Virum Plur. Reverendum atqve Clarissimum Dominum M. GEORGIUM NIEHENCKEN Pastorem ad Div. Mariæ fidelissimum, Affinem ac Collegam N. æstimatissimum, olim Præceptorem, jam Confessionarium suum dexterrimum ad se evocavit & singulari cum devotione confessione

recitata

recitata, corroboratus ab eodem, absolutusque, cœlesti viatico corporis & sanguinis *JESU CHRISTI* dotatus, sanctissimæ voluntati Divinæ humillimo obsequio moriturus sese submisit, in soliloquiis, gemitibus, & precibus cum DEO Collocator ardentissimus, vera in *JESUM* fide plenissimus d. XV. Januarii circa VI. matutinam, integra hæctenus sibi constante ratione & sensibus placidissimâ morte ad cœlestia est evocatus, quum LI. annos & III. Menses ætatis his in terris absolvisset. Ita sumus homines, ita nec dignitati, nec virtuti parcat pallida mors, æquo pulsans pede pauperum tabernas, Regumque turres Ceterum virtus morte non obruitur, hæc inter nos florere nunquam desinet. Et anima prout pietate non fucata diviniqve amoris flamma, his in terris pulcherrimè erat purpurata; ita nunc in Cœlis omnes casus, tempestatisque secura absque marcore virefcit. Sed luget Curia, luget tota Civitas suum Consulern, suum Collegam dexteritiam, hæc Patrem Patriæ, in quem maximam collocarat spem suæ felicitatis amplissimam. Resarciat damnum Benignissimus DEUS, malaque omnia, quæ tanti portendere casus solent, ab hæc Republica Clemensissime avertat? Si ædes piæ defuncti intramus animadvertemus summo jure dici eandem domum *LUTUS*, ubi summo mœrore marce mœstissima vidua, ubi luget mœstissimus unicus Filius, Cæteri que Privigni abs Beato instar Filii ex se prognati, amati, anxieque deplorant infortunium ob Parentem, ob Patrem per mortis inclementiam abreptum, lacrymisq; pene diffluunt, plerissimumque suum Patrem, post Deum Ter. Opt. maximum unicum solatium, unicam spem suarumque fortunarum anchoram firmissimam dolent, & quis justissimum dolo.

dolorem vitio verteret. Luget deniq; Nobilissima  
REDEKERIANA, SCHUTZIANA, GERDESIANA  
Familia suū Agnatum, suum Generum, suum Fratrem, su-  
um Affinem amicissimum. Nostrarum quid hic partium  
censemus, Precamur ex animo : Deus ut ter Optimus,  
terq; Maximus gravissimum inflictum vulnus obliget,  
atq; efficacissimo lugentibus hisce adsit spiritus sui  
lætifici solatio, ut agnoscant voluntatem Benigni Patris.  
Is pientissimæ & Optimæ Viduæ sit loco Auxiliatoris for-  
tissimi, Filio optimæ spei Viro juveni, cæterisque pri-  
vignis Clarissimis loco Parentis, reliquisq; efficacissi-  
me soletur. Corpus verò dum spe futuræ gloriosæ re-  
surrectionis hodie terræ magnæ matri redditur, omnes  
Proceres, imo universum Cœtum Academicum, ut id  
ipsum hodie horâ primâ pomeridiana conditorio suo in-  
ferendū, splendidissimo & frequenti cōmitatu deducant,  
& sic exeqvias olim Professoris, ultimò Consulis eun-  
di, conditorio suo inferendum accepto Comitatu dedu-  
cant, & eundi Supremum Viro meritisimo honorem  
periolvant, non ego solū, sed ex tumba meritis suis  
clamans Defunctus vos monet, & rogitat, Agite, frequenti  
vestrâ præsentia, vos emortuum hunc, Ejus viduam,  
totamq; splendidissimam Familiam magnificisse,  
& facere, ostendite.

P. P. Sub Sigillo Rectoratus Acade-  
mici die XXIII. Januarii,  
An. MDCCIV.

CONVENTUS ERIT IN ÆDE DIV.  
JACOB, S.









Subrubram reddideret; & de inarum, fesi inextingvibili, vigiliis continporporis lassitudine & languore fuerit. Quamvis verò ad Cachecticum hocce n. dum & radicitus extirpandum, consi non saltem nostra, & Excell. Dn. D. S. ga honoratissimi, verum etiam Exterc rimorum Medicorum fuerint implor tamen omnibus & quaviam, vel adm laudabile fuit & presidia namq; ga manu & prohibita, tant runt e & belli morb im & em a p & bu mund. mutavit beatitudine fe. atudinem obtine ratt. rrentis Mensis. Vi veren. arissimum Dominum UM N. CKEN Pastorem ad Div. finum, A. nem ac Collegam N. astima Præceptorem, jam Confessionarium suum ad se evocavit & singulari cum devotio

